pum Leopoliensem et Cracoviensem episcopum prefatum, quis eorum dexterum latus retinere deberet in deducendo rege in ecclesiam sic sopivit, ut scilicet episcopus Crac. tanquam ecclesie sue dominus et loci ordinarius dextrum latus retineret, ille vero sinistram duntaxat tamen in hoc actu coronationis. Presentes autem interfuere coronationi prefatus archiepiscopus Gnesnensis Andreas Rosza, Bernardus Leopoliensis archiepiscopus, Ioannes de Conari Crac., Vincentius de Przeramp Vladislaviensis, Iohannes des Lyndbrantcz Poznaniensis, Erasmus Plocensis, Mathias Premisliensis episcopi<sup>70)</sup> et multi abbates, et Spithko de Jaroslaw Crac. castellanus, Iohannes Felix de Tarnoff Crac., Andreas de Schamotuli Posnaniensis, Nicolaus Gardzina Calissiensis, Ambrosius de Pampow Siradiensis, Jaroslaus de Lasko Lanciciensis, Nicolaus de Curoswanky Lyublinensis, Stanislaus Kmita Belzensis palatini.

8 II Astodum<sup>71)</sup> dni curie presente sermo d. rege Sigismundo ac eius sorore Elisabeth illma necnon ducissa Mazovie relicta Conradi mensis huius 8 celebratum est per Jaroczki.

24 II Dux Kazimirus Tessinensis Cracoviam venit.

28 II Nicolaus de Curozwanki palatinus Lyublinensis Cracovie sepultus.

1 III Stanislaus Zabrzyszinski Cracovie obiit.

4 III Iohannes de Tarnoff palatinus Cracoviensis moritur Cracovie,

6 III Cum capitaneo Opocensi dnus Adam de Drzewicza fecit concordiam super iniuria molendinorum et advocacie.

27 III Episcopus Vilnensis Albertus mortuus est.

---

<sup>70)</sup> A. T. I, 14. Tutaj pominięto Drzewickiego, a wymieniono wśród obecnych na koronacji biskupów Łukasza Watzelrode warmińskiego i Jana Lubrańskiego poznańskiego oraz sufragana krakowskiego Jana Amicynusa.

<sup>71)</sup> Pierwszy wyraz notatki nie do odczytania i treść cała niejasna.

- 30 III Moizezsowa cum allis Judeis incarcerata pro excessu in corpus Christi comisso.
- 24 huius mensis Cracovie sermus rex Sigismundus Nicolaum de Camyenyecz ex palatinatu Sandomiriensi ad Cracoviensem palatinatum promovit. Item Ioannes de Tarnoff ex Russie palatinatu ad Sandomiriensem. Item dominum Nicolaum Firley creavit in Lyublinensem palatinum.
- 4 huius mensis (IV) Andreas de Chodecz electus Camenecensis moritur.
- 15 IV Rex cecidit,
- 19 IV Episcopus Poznaniensis, cancellarius, marsalcus et Christophorus<sup>72)</sup> in Hungariam discessere ex Cracovia.
- 25 IV Ab hoc die ratio futura de zuppis inchoanda.
- 2 V Incidi cephalicam in Lobzow.
- 6 V Halitum cameloti donatum accepi a zupario.
- 12 V Dux Janussius Zatoriensis iuravit regi Sigismundo.
- 19 V De Cracovia exivimus versus Lithuaniam. Iohannes Jordan obiit, qui tunc zuparius fuit. Decima nona maii mensis anni huius smus rex Sigismundus aliquot ante diebus in Hungariam expeditis oratoribus pro confederatione inter regna constituenda in Lithuaniam se contulit, oratores autem in Hungariam missi fuere videlicet. Iohannes de Lubrantcz episcopus Posnaniensis, Stanislaus de Chodecz marsalcus regni, Iohannes de Lasko cancellarius regni et Cristofforus de Schidlowyecz succamerarius regius.<sup>73)</sup>
- 29 V In Lyublin pervenimus.
- 30 V Dentem molarezum feci extrahere.
- 31 V Ex Lyublin versus Brzescze ivimus. Debentur duci fl. 850 inclusis quatuor temporibus Spiritus sancti banci salis 96.
- 17 VI Vilnam pervenimus. Vilnam pervenimus 17 iunii, rex ibi existens bellum indixit suisque omnibus precepit,

<sup>72)</sup> Krzysztof Szydłowiecki,

<sup>73)</sup> Por. A. T., I, 15. Szydłowiecki jest tu nazwany kasztelanem sandomierskim.

ut ad festum sancti Petri ad Vincula in Mynsko armati convenirent'

18 VI Rdus d. Albertus episcopus Luceoriensis ad ecclesiam Vilnensem postulatus.

Huins mensis iunii 19 rdus in Christo pater dnus Albertus Nicolai Radywele palatini Vilnensis filius episcopus Luceoriensis smi principis domini Sigismundi regis Polonie magnique ducis Lithuanie etc. favore in episcopum Vilnensem postulatus solempniter successorque factus Alberto episcopo Tabor dicto.

Gorski Albertus secretarius hoc mense mortuus est.

18 iulii venit quidam Pnyowski Moravus, orator regis Hungarie, in Vilnam, acturus rpo duce Hlynsky contra Iohannem Zabrzeszinski, qui dux per Io. Zabrzeszinski fuit inculpatus, quod preditorio nomine mortuo Alexandro rege ducatum occupare valuisset.

7 VII Validi graduies et pluvie Vilne.

18 VII Orator Vayvode auditus.

24 VII Ex Vilna versus Mynsko egressi sumus.

31 VII In Mynsko pervenimus. In Mynsko ex Vilna in Vigilia Iacobi exeuntes ad diem determinatam exercitui conveniendo venimus.

4 VIII Balinsky in Cracovia.

Bellum adversus Moskovenses per dominos Lithuanos Sigismundo rege tunc regnante atque ducante gestum est, campiductore Stanislao Kiska, Tartarus autem Przekopensis, cuius auxilio tale bellum gerendum erat, divertit contra Nohagenses Tartaros.

16 VIII Ex Mynsko versus Vilnam discessimus.

20 VIII Ioannes Buczaczki mortuus.

23 VIII Ex Mynsko venimus in Vilnam. Cancellarius et Cristofforus Schidloviczki ex Hungaria legatione Vilnam ad regem venerunt.<sup>74)</sup>

---

<sup>74)</sup> A. T., I, 18 – pod datą 18.VIII.

- 27 VIII Io. Podolski woiewwodzicz Buczaczki obbit Vilne.  
 Vilna atroci peste hoc mense quassata est.
- 6 IX Czolasek Byelinski Vilne obiit.  
 Hoc mense in Troki pestis seva incepit.
- 9 IX Troki ex Vilna venimus propter pestem.
- 25 IX Dux Constantinus Ostrowski a Moskoviensibus fugiens  
 in Smolensko venit.
- 30 IX Novitas eius redditus regie mti allata.
- 8 X Versus Grodno ex Troki discedimus.
- 16 X In Grodno venimus.
- XI Hoc mense exercitus ducis Moskoviensis validus postquam  
 intellexit Lithuanicum exercitum remeasse ad proprie  
 propter subsidia Tartarorum Przekopiensium per Noha-  
 genses Tartaros avera castra Lithuanie Crziczow et Msci-  
 slaw conatus est expugnare, sed invalescentibus frigo-  
 ribus plurimis ex suis amissis ad propria rediit.
- 11 XII Ex Grodno rex discessit versus Radom.
- 22 XII In Melnyk rex venit.
- 29 XII De Melnik versus Poloniam exivimus.

1508

Ianuari 10 quidam terrigena ex ducatu Magnus Zalywski nun-  
 cupatus coram mte regia proposuit contra Danielelem Syedleczy,  
 quod idem Syedleczy ipsum in bonis suis esset adorsus vio-  
 lenter ipsumque vulnerasset enormiter et tandem ipsum spo-  
 liasset rebus et pecunia. Syedleczy vero negavit se istud  
 fecisse, sue fame probitatem commemorans. Tandem duo filii  
 ipsius Zalywski, quorum unus magister coquine regie exstitit,  
 procedentes ad conspectum regium dixere: »Serenissime rex,  
 ex quo ipse negat hoc facinus se patrasse in patre nostro,  
 nos parati sumus manu probare patrem nostrum vere esse  
 conquestum et ipsum in patrem nostrum patrasse«. Ex adverso  
 Syedleczy dixit: »Tametsi sum possessionatus et iuro mediante  
 pro iniuria respondere deberem, tamen quia eorum intentio  
 honori meo detrahit, nihil ipsis eius filiis supra equitate tri-  
 buendo, volo honestatem meam, quam hactenus tutus sum et

servari illibate, tueri. Regia vero m̄tas decrevit eis duellum, et presertim cum magistro coquine sue, quem sibi Syedleccki elegit.

5 I In Radom advenimus.

18 I Ex Radom in Cracoviam exivimus cum pluvia.

22 I Boruchowski obiit.

24 I In Cracoviam ex Lithuania venimus.

28 I Felix prepositus et heres in Drzewicza obiit.

2 II Zabrzeszinski marsalcus ducatus Lithuanie occisus in Grodno.<sup>75)</sup>

6 II Andreas Stadniczki filius Imbram duxit in uxorem virginem Annam.

21 II Dux Constantinus in campo Byaly Cyrkew ultra Kioviam I 600 Tartaros profligavit.

Martius.

Vlochow interceptit Iohannes Zaraba cum Lyesczinsky Iohanne 2 huius mensis.

8 III Novitas, quod Vlochow intercepta sit, venit.

6 III Nupsit Loce fil.

22 III Rocognovit Lenczkoronszki Joskowa de citum... coram rege, ut in aliis litteris continetur.

4 IV Sloma Iudeus Cracovie crematus.<sup>76)</sup>

4 V Ex Cracovia versus Lithuaniam exivimus.

6 V Somnium dentis lapsus in meridie.

9 V Sandomiriam exivimus.

17 V Ex Lyublin in Lithuaniam exivimus.

20 V In Brzescze venimus,

26 V Ex Brzescze exivimus.

4 VI In Novogrodek cum exercitu armato venimus.

---

<sup>75)</sup> Przez wysłanników Michała Glińskiego.

<sup>76)</sup> A. T. I, 22: *Judeus Sloma, qui in divinissimum Eucharistiae sacramentum blasphemias dixerat, negans cum divinitate Corpus esse potest, idem alia scelera patrarat, per Nicolaum dominicanum hereticae pravitatis inquisitorem in frequenti doctorum coetu et hominum innumera multitudine coargutus ac victus, licet pertinacissime suas opiniones tueretur, combustus est.*

15 VI Fratri meo filius Iohannes natus. 15 huius mensis natus est fretri meo filius Iohannes, baptisatus sole oriente.

17 VI In Mynsko venimus.

30 VI Ex Mynsko versus Boryssow exivimus.

3 VII In Borisow venimus.

8 huius mensis die, dum ad fluvium Bober perveniremus, novitas venit Michaellem proditorem discessisse cum exercitu Moskovienſi, cuius dux quidam Sczenya fuit, derelicta obsidione caſtri Orssa. Et tunc Oſtaffey et Zelyepuchi ab eodem fugientes, ad regem defecere.

Hoc anno et hoc mense pestis seviſſima grassare Cracovie cepit et duravit usque ad festum sancti Martini. In hoc mense gentes regie duce Pfeodoro Czartorienſi in Odrzeczko pervenere castrumque in potestatem suam recepere. Et duces illius caſtri ad regem venere eodem ad castra, ibidemque iuramentum denuo fidelitatis preſtitere. Et proditor Michael ab obsidione Orssa caſtri discessit ſolus cum Sczenya.<sup>77)</sup>

14 VII Ad Orsza ubi Boristhenes preterfluit venimus.

23 VII Tartari, qui preदारunt circa Ostrog profligati ſunt ex Myedziboze per Iohannem Camyenyeczki videlicet 1200 et post Kyoviam eodem tempore et die. Hoc mense 1200 Tartari a Byalogrod profligati, qui bona ducis Constantini vindicantes, ſuos prostrato hieme preterita per eundem ducem Constantinum per Iohannem Camyenyeczki, qui tunc prefectus ſtipendiariorum in Myedziboze fuit. Eodem tempore ultra Kyoviam per capitaneum Kyovienſem et homines de Braczlav 300 Tartari etiam profligati ſunt.

23 VII<sup>2</sup> Versus Smolensko ab Orsza movimus.

31 VII In Smolensko venimus.

5 VIII Swyatossa ivit in Moskoviam.

6 VIII Gaſtoldus et Buczaczki miſſi in Drohobisz.

---

<sup>77)</sup> Michał Gliński po zabójſtwie Jana Zabrzezińskiego przeszedł na służbę w. księcia moskiewskiego, Wziął udział po jego stronie w wojnie moskiewskiej razem z księciem Szczenią.

- 12 VIII Cessatum est Cracovie a cudenda moneta propter pestem.
- 23 VIII Kiska missus cum exercitu in Moskovienses terras vastandas. Hoc mense Mozanski in Starodub obiit.
- 17 IX Iohannes Laski cancellarius regni in Urbe coadiutor Gneznensis pronunciatus est.
- 11 X Ex Smolensko versus Vllnam reditum fecimus.
- 13 X Turzo in Rimulo duarum mortuus.<sup>78)</sup>
- 18 X In Smolnyam pervenimus. Dum in Smolnyam venimus, venit novitas, quod Tartari vastarent iuxta Sluczko.
- 24 X Juchno et Zanila interiере.
- 18 XI Vilnam ex Smolensko redimus.
- 14 XII Cancellarius amicus mihi factus et a me in mutuum mille forenos recepit.<sup>79)</sup>
- 28 XII Cancellarius ex Vilna ad videndum Camyenyecz discessit.

1509

Augustinus de Garibaldis, Vincentius de Guzulphis dns Matzice, Iacobus de Basiangua, Rodzya Cotlubey Armenus de Moncastro.<sup>80)</sup>

- 14 I Soltani Alexander uxorem duxit.
- 18 I Oratores Moskovienses Vilnam ingressi sunt.
- 19 I Gastoldus detentus cum tezaurario.

Anno Domini 1509 die mansis ianuarii 19 Gastoldus Albertus, Phetko Tezaurarius, Martinus Conyuschi et plerique alii per sermum principem dominum Sigismundum Dei gratia Polonie regem, magnum ducem Lithuanie, capti sunt et sub custodiam missi. Gastoldus namque dum pranderet apud magnificum Stanislaum Kyszgal capitaneum Samogitie, illic per eum retentus est sine strepitu et in custodiam missus ibidem in domo, Chwetko apud palatinum Trocensem Nicolaum Radiwilowicz servatus est similiter sub custodia, Martinus vero

<sup>78)</sup> W ten sposób daje się odczytać ta bardzo niewyraźnie skreślona zapiska.

<sup>79)</sup> Gałe zdanie napisane alfabetem grecko-ruskim.

<sup>80)</sup> Imiona powyższe wypisano na karcie stycznia nad tekstem drukowanym.

Conyuschi Chreptowicz per Stanislaum Kiska cepitaneum Grodnicensem, demum et Alexander Kothkovicz et dux Polybiensky capti sunt. Hi omnes capti sunt propter scelus lese maiestatis, quia non modo captivi eius mali complices, videlicet Ulrich, Widra, Calauthai et dux Lucomsky ipsos accusarunt sed etiam aliis documentis rei criminis esse cognoscatur. Conspiravere namque cum duce Michaele Glinsky adversus prefatum regem Signismundum et adversus barones Ducatus magni. Cogitavitque ymmo et annexus est idem Glyansky magnum Ducatum occupare interfecto Zabrzeczynsky. Et eam ob rem rege a Ducatu absente arma movit et exercitus suos accumulare studuit, ducemque Moskoviensem, iam accepto castro Mozir, induxit, ut validum exercitum in magnum Ducatum, ducibus Iacobo Zacharin et Daniele Sczenya mitteret sibi in subsidium. Eo tempore licet prefati complices ipsum destituere nec sibi adherere, tamen bello validissimo finito concordiaque cum Moskorum duce facta, prefati crimine lese maiestatis notati sunt.<sup>81)</sup>

30 I Oratores Moskovienenses ex Vilna discessere.

12 II Ex Vilna ad conventum Pyotrkoviensem discessimus.

3 III In Radom aplicuimus.

6 III In Drzewicza veni.

11 III Rex Pyotrkoviam ingressus.

30 huius mensis conclusum est matrimonium hora ad med. horologium inter octavam et nonam horam.

12 IV Thelonea constituta.

13 IV Legationes varie et in Italiam decrete.

16 IV Tomiczky in Magnepolim missus. Ex Pyotrkow versus Cracviam exivimus.

19 IV Cracoviam ingressi sumus.

9 V Domina Rabstinska obiit Cracovie.

13 V In Lobzow...<sup>82)</sup>

---

<sup>81)</sup> Aresztowanie podejrzanych sprzymierzeńców w przygotowywanej przez Michała Glińskiego rzekomej zdradzie.

<sup>82)</sup> Dalej nieczytelne.

- 14 V Andreas Rabstinsky canonicus Cracoviensis Cracovie obiit, eius vero mater tunc sepeliebatur.
- 4 VI Coadiutor Cracoviam venit. Straskowsky filiam Włodzislawsky sibi in coniugem...<sup>83)</sup>)
- 27 VI Camyemyecz per Valachum obsessa.
- 4 VIII Ex Cracovia contra Valachum discessimus.
- 6 VIII Rochatyn exusta et Raphael captus.
- 27 VIII Leopoli ingressi sumus.
- 30 VIII Rex febrificavit.
- 9 IX Ordinatio acierum facta circa Glyniani.
- 31 X Iacobus de Schidlowyecz thesaurarius regni in Leopoli obiit.
- 16 XI Ex Leopoli versus Cracoviam discessimus.
- 19 huius mensis (XI) oratores nostri, videlicet Ioannes de Lasko cancellarius et marsalcus Stanislaus de Chodecz ac Georgius Krupski castellanus Belzensis cum oratoribus sermi dni Hungarie regis Osualdo Carlaczky et Berlay Balabas pacem cum Valacho composituri profecti sunt.
- 26 XI Cracoviam ingressi sumus feliciter.
- 3 XII Valerianus regis servitio applicatus Cracovie hora 18.
- 18 XII Stanislao Saffranyecz capitaneatus Sandomiriensis datus est.
- 22 XII Tezarariatus datus est Cracovie rege existente dno Andree de Coszelecz, qui dignitate Visliciensis castellani functus est.
- 27 XIII Cristoforus de Schydlovecz creatus in Sandomiriensem castellanum Cracovie.

1510

Grodziczki 1510 ianuarius 10,<sup>84)</sup>)

19 I Versus Pyotrkoviam exivi.

22 I Pyotrkoviam veni.

<sup>83)</sup> Nieczytelne, domyślne: *duxit*.

<sup>84)</sup> Na odwozocie prawej strony m. grudnia 1509 r. zanotował Drzewicki następującą receptę: *Aloes electi 3 III. Masticis 3 I, Agaraci trociscati 3 5 Reubari optimi 3 5; fiant pile in forma communi cum vino odorifero,*

- 31 I Rex de Cracovia exivit.
- 4 II Rex ingressus est Pyotrkoviam hoc die.
- 12 II Iohannes Lybischowski Pyotrkowie obiit.<sup>85)</sup>
- 2 III Conventu finito ex Pyotrkow hodie discessimus.
- 5 III Cracoviam ingressi sumus.
- 8 III Valerianus iuratus in secretarium.
- 11 III Turci orator ingressus est.
- 11 III Vittus Furst et Iohannes Gamberg oratores imperialis maiestatis abierunt.
- 18 III Nominationes distribute.
- 19 III Decrevi processus super nominationibus presente dno Bedlensky.
- 20 III Maiestas regia iurat consiliariis servare pacem confectam cum Valacho coram oratoribus Valachis.
- 22 martii presentibus dominis Hungaris oratoribus Osualdo Carlaczky et Belay Barlabas nec etiam presentibus oratoribus Valachis Thodor et Iwanko Pithar ac Luca Dracza maiestas regia iuravit servare pacem perpetuam cum Valacho. Eandem etiam iuraverunt servare et consilarii presentes.
- 4 huius mensis (IV) lata est sententia pro dno Adam de Curoszwanky adversus Evam matrem eius, quae condemnata est in quadraginta milibus florenorum vadii transgressi.
- 10 IV In Czastochow cum rege fuimus.
- 12 IV Podliodowsky in Pabyanycze Cracovensis cononicus obiit.
- 20 IV Archiepiscopus Gnesnensis Roza in Lowicz obiit.
- 28 IV Cancellarius exivit ad archiepiscopum e Cracovia versus Gnesnem.
- 4 V Adam Lyubelczik obiit.
- 13 V Orator Hungarus, prepositus Albensis Petrus Berisla Cracoviam advenit. Incidi ego in febriculam.
- 23 V Rex Sigismundus archiepiscopum Iohannem de Lasko regni cancellarium declaravit.

<sup>85)</sup> Brat matki M. Drzewickiego.

26 V Cancellarius in archiepiscopum consecratus. 26 maii Iohannes de Lasko cancellarius regni per Iohannem de Conari Crac. episcopum et Mathiam de Drzevicza Premislensem episcopum et Iohannem Cracoviensem suffraganeum in ecclesia cathedrali in archiepiscopum Gnesnensem est consecratus. Eundes Andreae Rosza coadiutorem fecerat et pontifex maximus confirmavit successorumque declarat tamen prohibentem rege Sigismundo non ausus est uti gratia pontificis, donec rex certis causis... consensit.<sup>86)</sup>

7 VI Cancellarius Iohannes do Lasko sigillum resignavit.  
10 huius mensis (VI) Vilnensem palatinatum dedit mta regia Nicolao Radywilowicz simul cum cancellariatu Magni ducatus. Gregorio vero Ostikowicz dedit palatinatum Trocensem.

17 VI Firley in Hungariam orator exivit ex Cracovia.

73 VI Martino Camyenyeczky copulata est filia Petri Otyeski et tradita matrimonialiter.

Anno hoc presente dieta celebrata est Posnanie pro componenda concordia vel potius, ut magister ordinis Prussie induceretur ad faciendum iuramentum srmno dno regi Sigismundo, quod hactenus post susceptionem ordinis facere distulit. Celebrata autem est dieta in festo sancti Iohannis Baptiste incipiens usque Marie Magdalene. Fuere autem in ipsa dieta nomine imperatoris abbas, vel coadiutor abbatis Fuldensis, et comes de Paychlingen et quidam miles. Fuit autem ex parte srmi dni Hungarie regis rmus dnus episcopus Vratislaviensis Turzo nuncupatus, regni autem consilarii illic fuere: rmus dnus Iohannes de Lasko archiepiscopus Gnesnensis, episcopi vero Ioannes de Ludbrancz Poznaniensis, Vincentius de Przeremb Vladislaviensis et Lucas Varmiensis, Andreas de Schamotuli Poznaniensis, Ambrosius de Pampow Siradiensis et Nicolaus de Lyndbrantcz Calisiensis palatini, Iohanes Zaramba Posnaniensis, Lucas de Gorka Landensis castellani, Targo-

---

<sup>86)</sup> Część zapiski nieczytelna.

viczky Sigismundus, Garsias Hispanus, Dominicus de Seczemyn et Nicolaus Czeppel doctores. Et ab ordine Cruciferi fuere aliquot cum episcopo Zambiensis et magno commendatore. Qui quidem multis tractatibus agitati, cedulas cum intentione sua in manus arbitrorum dantes, nihil ad extremum concludere et re infecta abire. Qui quidem oratores imperatoris parti Cruciferorum faventes hec extrema ad ultimum poposcere, ut magister quilibet nunc et deinceps regi et regno iurare non teneatur et quod neminem alium, quam imperatorem pro superiore recognoscat. Et quod ordo non teneatur plures quam tres Polonos in ordinem suscipere. Volebant etiam idem arbitri, ut cum res compositione transigi hac via non posset, ad decennium penderet suspensa et quod interim coram summo pontifice et imperatore simul iuridice practicaretur.<sup>87)</sup>

- 4 VII Scora palatinatu Plocensi insignitus.
- 11 VII Orlik Posnaniam ivit.
- 29 VII Jodocus Venecias expeditus; eidem dedi annulum Nicolai Georgii sibi perferendum in presencia dni Galli custodis Cracoviensis, Petri Syeniczky Iohannisque Flachsbinder Dantisci et Stanislai notarii.
- 5 VIII Legatus apostolicus Achilles de Grassis Cracoviam ingressus est.
- 7 VIII Dux Kasimirus Tessinensis Cracoviam ingressus est,
- 8 VIII Legatus auditus.
- 19 IX Legatus apostolicus Achilles de Grassis, episcopus civitatis Castelle, expeditus est Cracovie.
- 23 IX Legatus idem hodie discesit.

Hoc mense circa festum Michaelis Tartari, tam Lithuaniam usque ad Ossmyani, quam Valachiam redeuntes ab impugnatione Nohayski afflixerunt, patris citro utrobique dampnis, populum multum abduxerunt.

---

<sup>87)</sup> Obfity materiał źródłowy o przygotowaniu zjazdu poznańskiego znajduje się w księdze podkanclerskiej Drzewickiego.

- 15 X Zacrzowsky a Turco rediit Cracoviam.  
 17 X Materne datus salvus conductus usque ad festum Pasce.  
 27 X Septimana mea.<sup>88)</sup>  
 24 XI Orator Turcus Cracoviam ingressus.  
 30 XI Valerianus Drzeviczky debitum nature Cracovie solvit.  
 14 XII Magister ordinis Prussie mortuus est Fredericus dux  
 Saxonie in castro Rochlicz.  
 Quando Kasimirus rex ad Colonniam fuit scribebatur an-  
 nus Domini 1485.<sup>89)</sup>

1511

- 1 I Novitās venit, quod magister Prussie abierit.  
 3 I Ex Cracovia in Pyotrkoviam discessimus.  
 6 I Pyotrkoviam ingressi sumus.  
 14 II In cancellarium regni creatus sum.<sup>90)</sup>  
 15 II Sigillum accepi in potestatem et tunc exivimus de Pyotr-  
 kovia versus Cracoviam.  
 18 II Rex Cracoviam ingressus est.  
 23 II Nicolaus Glinski uxorem duxit, filiam Nicolai Salomonis.  
 28 II Sebastianus obiit, qui pridie fuit sagittatus ex pixide.  
 14 III Oratores magistri expediti.  
 2 V Ex Cracovia in Lithuaniam discedimus.  
 15 V Brzeszcze ingressi sumus. Dum in Brzeszcze essemus  
 Lithuanico, oblit Andreas de Schamotuli et palatinatus  
 Posnaniensis datus igitur est Nicolao Gardzina de Lyn-  
 dbrancz.  
 16 V Dno Gardzina de Lyndbrancz datus est palatinatus Pos-  
 naniensis.  
 18 V Gastoldus cum aliis ab indignatione regia absolutus est  
 in Brzeszcze.  
 13 VI Allate sunt littere ex Hungaria imperatoris et iterum  
 cardinalium concilium indicentes in civitate Pisa ac  
 Constanciensi.

<sup>88)</sup> Prawdopodobnie w katedrze krakowskiej.

<sup>89)</sup> Zapiska ta umieszczona poza tekstem kalendarza, na czystej karcie przed r. 1511.

<sup>90)</sup> A. T. I, 135.

15 VIII Filia fratri meo nata. 15 in nocte ad diem sequentem  
nata est in Drzevicza filia Katherina.

17 VIII In Chobrin ecclesiam dedicavi.<sup>91)</sup>

2 X Ex Brzescze exivi in Lossicze ad dedicandam ecclesiam.<sup>92)</sup>

14 X Rex in Radom ingressus est.

22 X Reginensis cardinalis mortuus est.

24 X Versus Iszlszam ac Cracoviam proficiscitur.

31 X In Premisliam veni.<sup>93)</sup>

11 XI Exivi ad faciendas granicies in Radymno.<sup>94)</sup>

2 XII Rex Sigismundus contraxit de matrimonio cum duce  
Tessinensi et plebano Budensi oratoribus etc.

11 XII Ex Russia ab episcopatu meo veniens, Cracoviam veni.

16 XII Duellatum est Cracovie inter Turski et Smolikowski.

Conventus in Thorum celebratur inter Cruciferos et regni  
nostri consiliarios pro constituendo modo, quo Cruciferi regno  
obsequere debeantur. Missi sunt ex regno Ioannes archiepis-  
copus Gnesnensis, Lucas Varmiensis et Erasmus Plocensis epis-  
copi. A Cruciferis vero missi sunt episcopus Pomezaniensis,  
Groskomtur et duo alii iuniores.<sup>95)</sup>

21 XII Nicolaus de Schidlowiecz ad petendum ad nuptias  
regem Hungarie exivit de Cracovia.

1512

4 I Legatus apostolicus dnus Iohannes Staphilegius, rote audi-  
tor, Cracoviam ingressus est.

---

<sup>91)</sup> Kobryń na Litwie.

<sup>92)</sup> Łosice nad rz. Tuczną. Kościół parafialny ufundował tu i uposażył  
w r. 1511 król Zygmunt I.

<sup>93)</sup> Podczas pobytu w Przemyślu odbył Drzewicki swój synod  
diecezjalny w listopadzie 1511 r. Arch. Diec. Przem. A. *Episc.* VIII, f. 74v-76v.  
J. Sawicki, *Synody diecezji przemyskiej, Concilia poloniae*, t. VIII, s.  
25-27.

<sup>94)</sup> Rozgraniczenie dóbr należących do kłucza biskupiego w Radymnie  
od wsi Święte należącej do kapituły, dnia 13 XI 1511 r. Arch. Diec. Przem.,  
*Trebiciana* (47), p. 131.

<sup>95)</sup> Zjazd w Toruniu w sprawie krzyżackiej, jak poznański, spełzył na  
niczym.

9 I Episcopus Posnaniensis et dnus Lucas Cracoviam ingressi sunt, pro nupta ituri.

15 I Versus Trancinium pro nupta afferenda oratores exiverunt de Cracovia.

4 II Plebanus sancte Marie Iohannes Mirica decessit.

Anno Domini 1512 februarii 6 sermo principi et dno Sigismundo regi nostro consors, filia olim Stephani de Zapolia comitis perpetui Scepuliensis et palatini regni Hungarie, nata ex illustri Hedvige duce Tessinensi, Barbara appellata, Cracoviam affertur, comitata imprimis per oratores regios, qui mandati facultate in Trancinio eandem regie maiestati prefate desponsarunt sabbatho, hoc est 24 ianuarii. Oratores autem fuere rmus Iohannes de Lyndbrantcz episcopus Posnaniensis, Lucas de Gorka Posnaniensis castellanus et capitaneus Maioris Polonie generalis, Cristofforus de Schidlowyecz Sandomiriensis castellanus et viceancellarius regni, habentēs comitatum centum duntaxat equitum. Comitata insuper est per matrem suam ac germanum dominum Iohannem wayvodam Transilvanie nec non et per ducem Casimirum Tessinensem.<sup>96)</sup>

20 II Marcus Kogner discessit.

29 II Sekluczky mortuus est Cracovie.

14 III Legatus Staphileus discessit.

15 III Littere ex Urbe allate.

21 huius mensis (III) consecravimus Cracovie r-d. d. Iacobum de Buczacz in episcopum Camenecensem. Consecrator fuit dnus episcopus Plocensis et ego cum suffraganeo Cracoviansi assistebamus.

25 III Incepi ieiunium.

29 III Varmiensis episcopus Lucas in Thorum decessit.

11 IV Zaulik canonicus obiit.

11 IV Ad Ravennam decertarunt Galli cum Hispanis et exercitu pontificis sicque Galli victores manserunt.

---

<sup>96)</sup> Poselstwo po pierwszą żonę Zygmunta I, Barbarę Zapolyównę.

- 15 IV Petrus in canonicum Crac. constituitur.  
 20 IV Targowiczki sepultus.  
 21 IV Charbowski in canonicum ad ecclesiam receptus.<sup>97)</sup>  
 28 IV Tartari profligati sunt notabiliter ultra Wissnyowycz.  
 2 V Novum allatum, quod Tartari sunt profligati. Sanguinem  
 minuius.  
 1 VI Tezaurarius ad accipiendum Sandecz profectus.  
 29 VII Abbas in Tinecz obiit.  
 31 VII Ex Scarbimiria Cracoviam applicui.  
 9 VIII Castellanus Sandomiriensis ad ducem Kazimirum ivit.  
 Orator Moskoviensis Gregorius auditus.  
 25 VIII Abbas Baranowsky in Tynyecz electus.  
 27 VIII Ego in episcopatum ex Cracovia profectus sum.  
 30 VIII In Crosnam veni ex Cracovia.  
 5 IX Ecclesiam Crosnensem consecravi.<sup>98)</sup>  
 6 IX Ecclesiam in Jasionka consecravi.<sup>99)</sup>  
 13 IX Premisliam veni ex Radymno.  
 17 IX Premyslie ordines celebravi.<sup>100)</sup>  
 1 X Ex Premislia exivi.  
 4 X In Rzesow ecclesiam consecravi.<sup>101)</sup>  
 8 X Cracoviam veni.  
 25 X Ex Cracovia versus Pyotrkow vadimus.  
 30 X Pyotrkoviam applicuimus.<sup>102)</sup>  
 15 XI Hodie ingressus est episcopus Pomezaniensis.<sup>103)</sup>  
 24 XI In nocte natus filius dno Ade Mathias.<sup>104)</sup>  
 3 XII Conclusi articulus pacis perpetue cum Cruciferis.

---

<sup>97)</sup> Jan Charbowski herbu Sulima, doktor dekretów; instalowany wówczas na kanonik opróżnioną przez śmierć Zygmunta Targowickiego.

<sup>98)</sup> W biskupich aktach Drzewickiego nie ma o tym wzmianki.

<sup>99)</sup> Także.

<sup>100)</sup> *Acta episc.* 1 c., f. 81:18.IX. sobota po Podwyższeniu św. Krzyża.

<sup>101)</sup> Por. tamże f. 81 v; 5.X. Drzewicki jest jeszcze w Rzeszowie.

<sup>102)</sup> Sejm w Piotrkowie od 30.X Drzewicki do 19.XII 1512 r.

<sup>103)</sup> Biskup pomezanski Job.

<sup>104)</sup> Bratanek biskupa Drzewickiego i jego imiennik zostanie potem przez stryja swego otoczony specjalną troską; obejmie kiedyś prepozyturę włocławską.

- 7 XII Margrabiŭs Cazimirus ex Pyotrŭkovia discessit.  
 16 XII Consilia belli hodie de quinque parciendo regno decreta sunt.  
 19 XII Rex ex Pyotrŭkovia Posnaniam vadit.  
 25 XII Regia maistas in Calisch fuit.

1513

3 I 1513 Posnaniam ingressi sumus.

Dux Mosoviensis circa festum Epiphaniarum federe violato quod sibi fuit cum sermo rege Sigismundo, magno duce Lithuanie, arcem Smolnensem expugnare aggressus est totamque illam partem Russie magnis viribus expugnare conatus est et vastavit, sed dum quod proposuerat non perfecit, dampno magno in equis et hominibus accepto retrocessit. Hellena uxor Alexandri regis, soror Moskoviensis, tunc defuncta est, que videbatur dedisse occasionem fratri, ut fedus violaret.

26 I Venam pulmonis incidi.

21 II Mortus Julius papa.

11 III Leo papa electus decimus.

17 III Vratislavienses in gratiam regiam restituti.<sup>105)</sup>

25 III Hodie filia regie mti nata est. 25 huius mensie filia regia Posnanie nata est sexta feria magna. Hedvigis filia regis ex Barbara nata est Posnanie in die Parasceves.

3. IV Filia regis baptisata Hedvigis.

10 (IV) Sarpa orator Valachus auditus est per mtem regiam.

28 V Ex Poznania discessimus.

18 VI In Radom advenimus.

20 VI Ex Radom discessimus versus Lithuaniam.

24 VI Lucow.

26 VI Lossicze.

13 VII Gladius regie mtis per Luceoriensem episcopum presentatur.

---

<sup>105)</sup> Por. J. Warężak, *Polska polityka handlowo-celna względem Śląska i Wrocławia za Zygmunta Starego*, Warszawa 1930, s. 10 nn.

- 21 VII Dedicavi ecclesiam in Kothry, in bonis dni Sophia.<sup>106)</sup>  
 22 VII Ex Byelsko exivimus.  
 26 VII Moskovite ad Polozkam.  
 27 VII Grodnam venimus.  
 5 VIII Versus Vilnam ivimus.  
 11 8 Vilnam pervenimus.  
 20 IX Episcopus Vladislaviensis mortuus. Vincentius de Przeramb episcopus obiit. 20 huius mensis Vincentius de Przeramb episcopus Vladislaviensis vita functus est.<sup>107)</sup>  
 26 IX Nunciatum episcopum Vladislaviensem obisse.  
 2 X Episcopatus Vladislaviensis datus est Vilne, cum litteris in Cracoviam expedivi.<sup>108)</sup>  
 11 X Paulus Venecias missus.  
 4 XI Translatus sum de episcopatu Premislensi ad Vladislaviensem in Urbe.<sup>109)</sup>  
 29 XI Cracovie breve allatum.<sup>110)</sup>  
 6 XII Littere ex Cracovia portate, nuntiantes ex Urbe litteras esse allatas provisionis super episcopatum Vladislaviensem.  
 9 XII Rex in venationem ad Dorsunisky profectus est cum Regina. Eodem tempore Antonium misi vicarium Vladislaviensem.<sup>111)</sup>

---

<sup>106)</sup> Prawdopodobnie Kotra w pow. grodzieńskim

<sup>107)</sup> Od początku choroby biskupa Wincentego Przerębskiego król Zygmunt I, przeznaczając M. Drzewickiego na jego następcę mianował go komisarzem mającym możność wglądu we wszystkie sprawy biskupstwa *ad instar* administratora *in spiritualibus et temporalibus*. Drzewicki jednak nie widząc prawdopodobnie podstaw kanonicznych do takiego stanowiska, z uprawnień nadanych przez króla nie skorzystał aż do śmierci Przerębskiego. Król natomiast w interesie samego Drzewickiego często listownie kontaktował się z kapitułą wrocławską, czuwając nad zabezpieczeniem dóbr biskupich. Por. A. T. II.

<sup>108)</sup> Wysłał wtedy Drzewicki prawdopodobnie list do kanonika krakowskiego Piotra Sieniciego, którego zamierzał wysłać do Włocławka.

<sup>109)</sup> Por. Theiner, VMPL, II.

<sup>110)</sup> Bulla prowizyjna na biskupstwo wrocławskie.

<sup>111)</sup> W rękopisie *Vladislav*.

- 12 (XII) die huius (mensis) electio facta est de me et in ecclesiam sum favente Deo intronisatus et possessionem accepi per breve apostolicam. Intronisatus est procurator meus Petrus Syeniczki et eodem die mea electio facta.<sup>112)</sup>
- 24 XII Novum venit ad me, quod receptus sum in ecclesiam Vladislaviensem.<sup>113)</sup>

1514

- 6 III Dnus Sandomiriensis Pyotrkoviam ad conventum transivit, postea in Hungariam transiturus.
- 9 III Littere ad Moskoviensem misse.
- 25 III Resignavi Scarbimiriensem preposituram.
- 8 V Dno Ade de Drzevicza natus est filius Stanislaus hora tertia noctis.
- 23 VI Vilnam bulle episcopatus mihi allate sunt.
- 19 VII Piso orator apostolicus Vilnam ingressus est.
- 22 VII Mtas regia versus Minsko profecta est, me Vilne penes reginalem mtem relicto.
- 27 VII Carnkowski vertus Cracoviam ex Vilna discessit.
- 28 VIII Mille Moskovienses profligati per Iohannem Pileczky.
- 30 VIII Exercitus regius profectus est contra Moskovitas a Borrhissow.
- 1 IX Kisselicza captus et profligatus.
- 8 IX Festus dies: exercitus Moskovum ad Orscham prostratus est.<sup>114)</sup>

<sup>112)</sup> Kapituła włocławska w dniu 23.IX.1513 r. ustaliła datę elekcji na dzień 29.X., ale dopiero po przybyciu do Włocławka kan. Piotra Sieniczkiego jako prokuratora bpa Drzewickiego, odbyła się dla formalności elekcja nowego biskupa 12 listopada i w tym samym dniu objął prokurator biskupstwo. Przy protokole elekcji Drzewickiego na marginesie akt kapitulnych przy tytule *Drzewici electio* dopisał ktoś znacznie później z ironią określenie *iminatoria*. Arch. Kap. Włocł. A. cap. I f. 212v.

<sup>113)</sup> Na karcie tytułowej roku 1514 zapisał Drzewicki następującą receptę: *Piretri pulverizati 3.II, Camfore 2.5, Miscce et fiat pulvis*.

<sup>114)</sup> Na uczczenie zwycięstwa pod Orszą wpisał Drzewicki do księgi kanclerskiej (Bibl. Jag. 38, f. 2v) łaciński wiersz prawdopodobnie przez siebie skomponowany, poprzedzony historyczną wzmianką tego wydarzenia.

8 huius mensis ad Orscham trans Boristenem octuaginta milia Mosquorum per exercitum regis Sigismundi prostrata sunt, ex quibus triginta milia desiderantur et capti sunt 1500 et supra.

---

*1514 septembris 8 hoc est ipso die natalis gloriose Virginis.*

*Auspitiis regis Sigismundi Deus omnipotens victoriam regio exercitui adversus magnum ducem Moskoviensem. Cum exercitus ad Orscham transboristenem profligatus est, in quo quam erat memoratus ex octuaginta milia hominum, ceciderunt supra triginta milia, reliquus vero exercitus in fugam versus et fusus est. Duces autem primores tam ducatus, quam etiam exercitus nutu divino capti, tropheaque et signa eidem hosti erepta et in ede sacra sancti Stanislai Vilne ob memoriam suspensa sunt.*

*Quis non saneta Deum veneretur numina, quis non  
Spargat odoriferis mascula thuris focis  
Sancta sacerdotum quod non solemnibus turba  
Reddat. Et in templis mystica verba canat  
Organa concrepent quod non sub sidera fundant  
Aut sonitus varios, crea signa deum  
Si pietas immensa Dei, si gratia magna  
Fulsit in inceptis nunc Sigismunde tuis  
Intrepida quia tam patria pro gente petisti  
Mente pins sevi barbara castra ducis  
Qui varias populis cedes, incedia, raptus,  
Dampna, malum fecit, perentiesque fuit  
Barbarus hic temsit quociens regalia sceptrum  
Aut quociens pactam fregerat ille fidem  
Inque suas fisas vires, populique catervam  
Occurrit fronti nunc Sigismunde tue  
Nescieratque Deum pro te pugnare, sed ausus  
Spernere superni numina magna Dei  
Unius potis est dextra, quod sternere mille  
Mersit et in rubro quod pharaota mari  
Non populo vincit rex, quem Deus diligit, illi  
Presidium numen, Cassis et ansis erit  
Ergo Deo laudes tribuas tibi gloria parata est  
Dextra celestis, presidioque Dei  
Discere quoque possit regem celebrare superuum  
Imperio cuius rex quaque regna parent  
Hostibus inde tuis gelidum per membra timorem  
Incucient Mosco parta trophea duce  
Qui licet adversum Martem tibi, tetaque Mosco  
Optarunt forsitan tempore, fata diem  
Sed vetuere Dei, vetulit Ramunsia felix  
Hec quoque cui festa est, tunc celebrata diec.*

- 21 IX Sempolinus, Sborowski, Slupeczki in conflictu interfecti.<sup>115)</sup>  
 24 IX Rex Vilnam captivos ducens ingressus est.  
 3 XII Dux Constantinus Vilnam ingressus est et vexilla Moscovitica septem intulit.  
 29 XII Ex Vilna versus Vladislaviam discessi.

1515

- 5 I In Belsko perveni.  
 15 I Ad ecclesiam Vladislaviensem primus meus ingressus ex Lithuania.<sup>116)</sup>  
 4 II Rex Cracoviam ingressus est.  
 4 III Resignavi sigillum cancellarie.  
 5 III Egredimur de Cracovia versus Presburgum.  
 24 III in Presburgum venimus hoc die. Hoc die videlicet 24 martii in Presburgum venimus per reges Vladislaum et Lodvigum excepti; aderant archiepiscopus Colociensis Gregorius, episcopi vero quinque ecclesiensis, Vaciensis et Bosnensis, item comites Gregorius margriabius, Gregorius Scepusiensis et Petrus de Peznigk.  
 13 IV Cardinalis Gurcensis versus Viennam profectus de Posonio.  
 28 IV Presburga conflagrata.  
 20 V Hodie conclusa sunt matrimonia Lodvici regis et Anne eius sororis. 20 maii in Presburga, presentibus regibus Hungarię et Polonie sermo videlicet Sigismundo conclusum est matrimonium inter illustrem Annam et Ferdinandum vel cesarem Maximilianum et inter Mariam filiam Philippi Burgondiarum ducis et regem Lodvigum.  
 16 VII Imperator Maximilianus cum regibus Polonie, Hungarie et Lodvigo convenerit.  
 17 VII Hodie imperator cum regibus Polonie, Hungarie et Lodvigo Viennam ingressi sunt.

<sup>115)</sup> W oryginalne *interfectos*.

<sup>116)</sup> Ingres do katedry włocławskiej odbył się bardzo uroczyście przy udziale wielkich tłumów ludzi. Arch. Kap. Włocł. A. cap. I, f. 220v – 221.

1 VII Barbara reginula nata est Cracovie.

10 VII Imperator tandem Viennam advenit.

5 VIII Hodie rex ex Vienna versus Poloniam discessit.

6 VIII Hodie discessi.

Anno Domini 1515 die Martis 29 rmus d. Matheus tituli sancti Angeli, Gurcensis cardinalis diaconus, coadiutor Salezburgensis, in Posonium navibus advectus venit, secum habens consiliarios imperiales, legationem nomine imperialis maiestatis tam apud ser. Hungarie, quam etiam apud Polonie reges, videlicet Vladislaum et Sigismundum obiturus. Eidem srmus rex Lodvigus stipatis consiliariis regni Hungarie et Polonie tam spiritualibus quam secularibus et multis proceribus eques in obvium se contulit eundem utriusque regis nomine videlicet patris et patru excepturus. Equo autem consedens se se salutarunt et exceperunt. Rmus autem dominus Gregorius de Fracepanibus verba exceptionis proloquutus est, his vero peractis ac dominis secularibus procedentibus et ecclesiasticis sequentibus rex Lodvigus cardinalem manus dextre loco honoravit et in usque in hospitium comitatus est.

29 vero martii rmus d. Thomas tituli sancti Martini in Montibus legatus apostolicus a latere et Strigoniensis cardinalis nuncupatus etiam Posonium advenit, qui per regem Ludvigum et cardinalem Gurcensem atque consiliarios regis Polonie exceptus et in civitatem introductus est usque ad ecclesiam parochialem. In ecclesia vero antephone cantate sunt et collecte, postea vero benedictionem populo dedit cum septem annis indulgentiarum. His peractis rex Lodvigus simul cum consiliariis tam Hungaricis quam Bohemie et Polonie regni atque cum Gurcensi cardinale ipsum usque ad hospitium comitatus est.

Anno currenti die 16 mensis iulii smi Maximilianus imperator Romanorum electus, Vladislaus Hungarie rex cum filio Loduigo et filia Anna, Sigismundus rex Polonie, habentes secum consiliarios status utriusque infrascriptos in campo a Burg oppido in mille passibus iacente feliciter convenere et sese salutavere, et tam imperator, quam Hugarie rex in lecticis

ornatis ferebantur, et dum sese exciperent et salutarent in lecticis sedebant. Rex autem Sigismundus et Loduigus in equis cesarem salutantes sedebant. Post salutationem vero imperator prefatos reges per medium cardinalis Gurcensis et consiliarios suos invitavit, ut Viennam secum ad concludendum cepta venirent, resistantibus autem dominis Hungaris, rex Sigismundus prevaluit et fratre inducto parendum imperatori consensit. Sic imperator postea venatum transivit et duos cervos cepit ac regibus dimisit et se contulit prope Viennam ad castrum Li... Et rex Polonie morat in Cunczen-dorff. Die autem 17 iulii hora 2 unum miliare a Vienna ornati convenientes simul Viennam ingressi sunt magno apparatu et ornatu inestimabili, pluvia tamen tunc magno celo fusa est, ita quod ille splendor ornatus apparere non potuit. Rex Sigismundus imperatorem et fratrem comitatus est usque ad arcem et subinde duobus cardinalibus videlicet Strigoniensi cardinali et legato ac Gurcensi comitatus in hospitium sibi preparatum se contulit. Eodem sero per cardinalem rex Sigismundus ex parte imperatoris visitatus est. Et similiter luce crastina eadem vero die imperator misit regi Sigismundo pro veste pannum aureum.<sup>117)</sup>

---

<sup>117)</sup> Zapiski Drzewickiego ze zjazdu w Preszburgu i Wiedniu w *Acta Tomiciana* do komentarza na rok 1515 wykorzystał Stanisław Górski, chociaż podał więcej wiadomości zaczerpniętych prawdopodobnie z notatek Tomickiego. O swojej też roli w negocjacjach między ces Maksymilianem a Jagiellonami znów ani słowem nie wspominał Drzewicki, chociaż znaczenie jego wśród otoczenia króla Zygmunta Starego zostało wyróżnione skierowaniem i do niego specjalnego przemówienia powitalnego.

Maciej Drzewicki vécut à la fin du XV-e et au commencement du XVI-e siècle (1467—1535). C'est un de plus remarquables représentants de la première période de la Renaissance polonaise. Le cours de sa vie est assez curieux; issu d'une famille des potentats appauvris, il arrive, grâce à son intelligence, à sa grande ardeur au travail et aux rares qualités de son caractère, aux plus hautes charges, ainsi dans le service d'État que dans la hiérarchie ecclésiastique. Pendant la régné de Jean Olbracht, il entre comme secrétaire à la chancellerie royale et, favori du monarque, devient bientôt sous-chancelier et intendant du trésor royal. Après la mort d'Olbracht, Drzewicki, faussement accusé par la famille Kurozwęcki d'avoir détourné les derniers publics, est emprisonné et privé de ses charges par le cardinal-régent Fryderyk (Frédéric) Jagiellończyk. Il est réhabilité à la Diète de 1501 à Piotrków et rentre bientôt en grâce auprès d'Alexander (Alexandre) Jagiellończyk. Outre sa charge de sous-chancelier il obtient de ce monarque son premier évêché de Przemyśl. Sous le règne de Zygmunt I Stary (Sigismonde I-er le Vieux), il est nommé grand chancelier de la Couronne et passe en 1513 de l'évêché de Przemyśl à celui de Włocławek, plus grand et plus riche. Vu les intrigues de quelques sénateurs, il renonce en 1515 à sa charge de chancelier, avant de se rendre à Vienne où les Jagellon devaient se rencontrer avec les Habsbourg. En 1531, après la mort de Jean Łaski, il arrive à la plus haute dignité dans l'Église Catholique de Pologne en obtenant l'archevêché de Gniezno et le titre de Primat de Pologne lui appartenant.

L'activité politique et ecclésiastique de M. Drzewicki est fort variée et riche. Déjà chez ses contemporains il jouit du renom d'un homme d'État fort éminent. Il ne l'est pas moins comme représentant de l'épiscopat polonais, dans ces temps difficiles et troublés qui précèdent le Concile de Trente. Sur le terrain du diocèse de Włocławek qui comprenait alors une partie de la Poméranie avec Gdańsk, il entre en contact direct avec le luthéranisme dont les violentes manifestations prennent, surtout dans les années 1522—1525, la forme d'une révolution sociale et religieuse, connue en historiographie sous le nom impropre de la révolte de Gdańsk.

L'auteur du présent article prépare depuis plusieurs années une monographie sur M. Drzewicki. En attendant il publie deux sources intéressantes pour la bibliographie de ce dernier. La seconde de ces sources est de première importance pour les fastes de cette période.

1. La première source c'est la biographie de Drzewicki — dans le catalogue manuscrit des archevêques de Gniezno qui est, lui-même, une suite de l'oeuvre correspondante de J. Długosz. Cette biographie se trouve dans le manuscrit sur parchemin de la Bibliothèque Nationale de

Varsovie sous la signature ancienne de la Bibliothèque des Zamojski Cim. 5. Elle est écrite par un auteur inconnu, mais, à n'en pas douter, contemporain de Drzewicki. La valeur de cette source consiste avant tout à ce qu'elle apporte des détails sur la jeunesse de Drzewicki; elle révèle ses relations avec Kalimach et la rôle que ce dernier a joué dans l'heureux développement de la carrière du futur conseiller royal.

2. La seconde source c'est le journal autographe de Drzewicki va de 1499 jusqu'à 1515. Les notes, formant le dit journal, sont semées ici et là sur les pages d'un calendrier qui comme incunable, fut imprimé à Ulm en 1499. Cet incunable se trouve présentement, lui aussi, à la Bibliothèque Nationale de Varsovie sous la signature In. Qu. 55; avant la guerre il faisait part de la Bibliothèque des Zamojski comme Inc. 196. À l'occasion de la mention que Drzewicki fait dans ce journal, de la victoire de Zygmunt I (Sigismond I-er) remportée pendant la guerre moscovite à Orsza, le 8.IX.1514, nous publions dans les notes au dit journal des vers supposés de Drzewicki célébrant dans des strophes latines la gloire des armes polonaises. Ces vers, Drzewicki les inscrits de sa propre main, dans son registre de chancellerie (Bibliothèque Jagellone de Cracovie, ms nr 38).